fraternalis · palpans iusticiam superiorum · crimina non ef-
ficaciter emendancium · Nisi ad huc in huiusmodi ageret p-
rimus abbas sanctus petrus ; Vere enim abbas erat · sanctis-
simorum primorum religiosorum ; a quibus omnes re-
ligiones · nobilissimas suas normas vivendi sump-
serunt · quibus cor unum erat et anima una ; omnes
de communi viventes ; prout hodie omnes religiosi
facere sunt astricti ; Abbas inquam erat petrus ;
non habitu et tonsura moderna · que sepe monachum
mentitur ; sed veritate rei · que mentiri nescit ; cui
vix aut minime similis monachus reperitur · Si n-
unc ipse petrus intraret ad aliquam religiosorum
habitacionem ; sicut ibi duos solum invenit proprieta-
rios · scilicet ananiam et zaphiram ; ita nunc
quoque non duos sed forte centuplicatos duos inve-
niret ; Quos primos duos · tamquam statuam
salis in fronte ecclesie erexit · ad omnium religiosorum
indelebilem commonicionem ; ne similis culpe equales
mereantur penas ; De quibus proprietariis et eorum
penis · sanctus legislator benedictus imitator petri
existens · non tacuit ; precipiens hoc vicium proprietatis
radicitus de monasterio amputari ; Et beatus papa
gregorius unum de talibus iussit in sterquilinio sepe-
liri ; Quid dicemus de execrabili vicio symo-
nie ; an ne forte aliquos inventurus esset · qui hoc
vicio aut recepti essent ad religionem · aut rece-
pissent ; Dicit david de dei amicis ; Dinumerabo
illos et super arenam multiplicabuntur ;
Et si de electis hoc dicit ; verendum ne maior

De symonia